



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

37. De Archidiacono.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

57. num. 10. & seq. lib. 2. et si concurrat non dici-  
tur praeveniri, sed impediri. *Marta. de Iurisd. inter  
Iud. Eccles. & secul. part. 2. cap. 2. num. 2.*

## TITVLVS XXXVII.

## De Archidiacono.

1. 2. 3. 4. **A**rchidiaconus quis & quod eius officium.  
 5. In Archiepiscopatu Coloniensi causae be-  
neficiales aliaeque Ecclesiasticae iudiciale  
indaginem requirentes ad forum Archiepi-  
scopi sive Archidiaconum remitti debent.  
 6. Si cum Episcopo in hisce causis concurrat, pre-  
uentio locum habet.

1. **A**rchidiaconus maior post Episcopum, ipsiusque Vicarius & oculus re-  
peritur, habens curam & sollicitudinem  
in clericis & ecclesiis, c. i. x. de offi. Archidi. Archi-  
presbyteros, quos Decanos rurales, siue Chri-  
stianitatis vocant, conuocat & ab eis singula in-  
quirit. c. ad hæc. x. eod. c. i. x. de offic. Archipresb. vi-  
sitat. d. c. i. c. mandamus. x. b. t. singulorum iurgia  
 2. audit, que corrigenda viderit, corrigit, & emen-  
dat, maiores causas ad Episcopum decidendas  
 3. refert, d. c. ad hæc. inter quas est matrimonii, c. i.  
x. de consang. & affinit. c. accendentibus. 12. x. de excess.  
prælat. non dat litteras commendatitias ad ordi-  
nes, c. significasti. x. b. t. nec pro corrigendis exces-  
 4. sibus pœnam pecuniariam exigit. c. licet. x. de  
pœn. nec sententiam excommunicationis pro-  
mulgat. c. Archidiaconus. x. b. t. nisi consuetudo  
vel Episcopi authoritas accedat, ut ibi Dd. & in c.  
dudum.

dudum. x. de Elect. c. cum ab ecclesiarum. x. de offi. ordinari. uti sub Archiepiscopatu Colonensi, vbi beneficiales, matrimoniales & reliquæ ecclesiasticæ causæ, quæ iudicialem requirunt indaginem, ad tribunal sive forum Archiepiscopi sive Archidiaconorum, ad quos institutio, & destitutio super viribus beneficiorum, vel matrimoniorum, vel similiū cognitio proprie pertinet, remitti debent, Stat. prouinc. fol. 510. & 538. Anno 1599. in Synodo renouata, Et si in hinc causis cum Episcopo concurrat, præventioni locus est, & nisi de ea constet, ratione maioritatis Episcopus præfertur. Nicol. miles in repertor. Verb. Episcopus. per Io. And. in c. pastoralis. 1. gl. x. de offi. ordinari. & in aliis pluribus casibus, in quibus Archidiaconus nihil potest, quos vide apud Bertham. in tract. de Episcop. lib. 4. per aliquot partes.

50

60

## TITVLVS XXXVIII.

An laicus possit esse Consiliarius vel aſſessor ecclesiastici & econtra.

1. In causa mere ciuili laicus ex commiſſione Ecclesiastici potest iudicare, secus in causa spirituali.
2. In qua tamen potest esse Consiliarius.
3. Consiliarij per ſe jurisdictionem non habent.
4. In Curia Leodiensi Ecclesiastica laici & coniugati affident Ofſciali, In curia Colonensi Clerici & celibes.
5. Clericus potest esse Consiliarius Principis ſecularis.